et eos qui in ea habitant adora-
re bestiam illam priorem cuius cu-
rata est plaga mortis eius. Et fe-
cit signa magna ut et ignem
de celo descendere faciat in terram
in conspectu hominum et seducit
eos qui in terra habitant per hec
signa que data sunt ei facere:
simulacrum bestie sicut habet
plagam gladii et vixit. Et datum
est dare simulacro bestie.

Et faciat ut quicumque non adora-
verint simulacrum bestie occidan-
tur. Et faciat omnes minimos et mag-
nos et divites et pauperes et liberos
et servos ut dent eis notam super
manum eorum dexteram aut sup-
er frontes eorum et ut ne quis possit
vendere aut emere nisi qui habu-
erit notam aut nomen bestie
aut numerum nominis eius.

EXPLICIT STORIA.